

Acta sunt hec apud Saleuelde coram prememorato domino Fredrico Romanorum imperatore semperque augusto eo supra scripta omnia sua auctoritate confirmante et confirmante etiam tota curia, nullo contradicente, sed laudante et confirmante.

Anno dominice nativitatis millesimo centesimo octuagesimo octavo, indictione sexta.

Interfuerunt etiam comes Eginus magister Romanus, dominus Engelerius et 5 alii plures.

Ego Albertus domini Fredrici imperatoris invictissimi notarius interfui et ex iussione prefati domini Fredrici imperatoris suaque auctoritate supra scripta omnia in hanc publicam formam redegi.

Ego Ercetus etc.

10

538.

Vor dem Kaiser im Placitum wird entschieden, daß ein Bischof an niemanden den Bann über seine eigene Person übertragen könne. — Zeuge: Markgraf Otto. Bei Saalfeld, 1188 Dez. 8.

*Hdschr.: Cod. Wangian. (Saec. XIV.) fol. 21. Statthaltereiarchiv Innsbruck.
Gedr.: Fontes rer. Austr. 5,81. Stumpf 4509.*

15

In nomine domini die iovis, qui fuit octavus intrante mense decembris. In presentia Ottonis marchionis de Meis, Sigfredi comitis de Orlamunde et aliorum principum Rodulfi protonotarii curie, Henrici comitis de Epan, Rodegeri de Mez, Bozonis, Musonis, Petarini et aliorum plurium dominus Sigfredus abbas monasterii de Herswelden interrogatus^{a)} per dominum imperatorem Fredricum residentem pro tribunali, si aliquis epis- 20 copus potest dare vel infeodare alicui bannum sue ipsius persone, ita quod hereditarium feodum esse debeat, an non. Qui ad supra scriptam interrogationem tale laudamentum fecit, videlicet quod nullus episcopus potest dare vel infeodare alicui homini bannum persone sui ipsius, ita quod sit in preiudicium sui successoris aut quod hereditarium feodum esse possit aut esse debeat. Factum est hoc laudamentum coram domino impera- 25 tore apud Saleuelden consencientibus et confirmantibus omnibus supra scriptis principibus ore ad os interrogatis totaque curia sine reprehensione aut contradiccione aliqua, confirmante etiam supra scripto domino imperatore auctoritate sue imperialis maiestatis ac precipiente mihi, ut sua auctoritate in scriptis reducerem.

Anno dominice nativitatis millesimo centesimo octuagesimo octavo, indictione sexta. 30

Ego Albertus notarius domini Fredrici imperatoris, invictissimi interfui et ex iussione^{b)} prenotati domini Fredrici imperatoris supra scriptum laudum in hanc publicam formam redegi.

Ego Ercetus etc.